

Videtur haec constitutio pertinuisse ad omnes cohortes in Moesia superiore tentantes. Viginti et una cohortes praeterea recensentur in sola tantum constitutione anni 124, ad exercitum Britanniae pertinente (cf. supra N. 2001 not. 3); proxime accedit constitutio pertinens ad exercitum Germaniae superioris, anni 116 (c. III p. 870) cum cohortibus XVII. — 3) Alibi passim, atque etiam in constitutione anni 93, ala haec nude Claudia nova dicitur (numero I non adiecto); nisi fortasse haec est ala I Claudia Gallorum, quae a. 105 in Moesia inferiore tendebat (III p. 865 dipl.). — 4) Sub Hadriano in Macedonia (infra N. 9055), praeterea ignota. — 5) Cf. supra N. 2004. 2005. — 6) Haec, ut et pars earum quae sequuntur, etiam N. 9053. — 7) Postea in Dacia. — 8) Cf. supra N. 2733. — 9) Cf. infra N. 9273. — 10) Cf. supra N. 1997. — 11) Cf. supra N. 1370. — 12) Idem in amphora XV 4536. — 13) 8. Mai (a. 100). Consulum horum nomina, sed mutila, etiam in fragmento fastorum feriarum Latinarum, C. I. L. I ed. 2 p. 59 h. (Iam apparet hoc fragmentum pertinere ad annos 98—101.) — 14) Hic desinit exemplum interius. — 15) Idem supra N. 2001 et alibi. — 16) Tres hi signatores ignoti. — 17) Idem supra N. 2001. 2002 et alibi. — 18) Idem supra N. 1998. — 19) Idem N. 9053 et alibi.

9055 imp. Caesar divi Traiani Parthici f. divi Nervae nepos Traianus Hadrianus Aug. pontif. max., trib. potest.¹ IIII², cos. III, peditibus qui militaverunt in coh. I Fl. Bessor.³, quae est in Macedonia sub Octavio Antonino⁴ quinque et viginti stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsius liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si⁵ qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. III k. Iul. C. Publicio Marcello, L. Rutilio Propinquo cos.⁶

coh. I Flav. Bes[s]or., cui praest⁷ A. Aelius Sollemnianus, ex peditate: M. Antonio Timi f. Timi⁸ Hierapol.⁹, et Tioroturmae¹⁰ Dotochae fil. uxori eius Tricorn.¹¹, et Secundo f. eius, et Marcellinae fil. eius.

Descriptum et recognitum ex tabella aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

Tabella aenea (diptychi pars prior) paene integra, reperta ibi ubi Tricornium (cf. not. 11) fuisse videtur, inde ab a. 1907 Belgradi in museo (Vassits comptes rendus de l'acad. des inscr. et b. l. 1909 p. 130 seq., cum imagine). Pauca litteras, quae primis versibus exempli exterioris desunt, supplet scriptura interior. — 1) tribunicia potestat. scriptura interior. — 2) A. p. Chr. 120. — 3) Besor. non recte primus editor p. 130. Cohors prima Flavia Bessorum a. 110 fuerat in Moesia superiore (supra N. 9054). (Cohors secunda Flavia Bessorum memoratur supra N. 8853 et in diplomatibus militaribus.) — 4) Proconsul ut videtur Macedoniae. Haec sola ex constitutionibus huius generis hucusque repertis pertinet ad provinciam proconsuli subditam. — 5) Hic desinit scriptura interior. — 6) Consulum par notum etiam ex actis fratrum Arvalium. Publicius Marcellus memoratur etiam supra N. 8826. Rutilii praenomen L. (non T., ut aliquando editum erat) etiam in actis Arvalium cf. VI 32375. — 7) praest editor, non recte. — 8) Idem ut puto nomen Syrum quod alibi scribitur Theimes (cf. supra N. 4341). — 9) Significatur puto Hierapolis Syriae. — 10) Sic potius quam